



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

15 De sepulturis, & cæmeteriis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

- c* Principem intelligere possumus summum Pontificem. *ca. diffinimus*, 18. *quast.* 3. *tamen* & tuius erit principis secularis adhiberi auctoritatem, ne tumultus ex translatione exciteur.
- d* *ca. placuit*, *vt altaria* 26. *de consecrat. distinct.* 1.

## DE SEPULTVRIS ET Cœmeteriis.

## TITVLVS XV.

- a* *Tractatur de sepulturis*. *lib. 3. Decretalium tit. 28. & lib. 3. Sexti. tit. 22. in Clementinis*, *lib. 3. tit. 7. de religiosis & sumtibus funerum*. *lib. 11. P. tit. 7. lib. 3. C. tit. fin. De mortuo inferendo & sepulcro adificando* *lib. 11. P. tit. 8. De sepulcro violato* *titul. 12. lib. 47. P. vt defuncti seu funera eorum non iniuriuntur a creditoribus*, *Enc. Nouella Iustitia. 60. De debita impensa in exsequiis defunctorum*, *Nouella 59. & nos tractamus*. *lib. 33. Syntagma iur. c. 23. In Nouella Leonis 53. vt cuique tam intra ciuitates, quam extra mortuos, sepelire liceat.*

## CAPVT I.

- 1 *Continuatio.*  
2 *Religiosus locus ex sepultura.*

**Q**uemadmodum proxime, † sanctorum hominum reliquias dignas esse veneratione, sic nunc dicimus aliorum Christianorum piorum mortuorum, honore aliquo dignas: vnde & iure ciuili religiosa res dicitur cuiusq; hominis sepultura, atque sepulturam religiosum locum facere. *a*

Quod humanis fidelium maxime reliquiis feruit. *b* Quamquam non ita iure pontificio, quod ademit singulis ius faciendi religiosum locum, omnino tradantur, concessa solum episcopis potestate. *c*

## SCHOLIA.

- a* *l. intantum* 6. §. *religiosum*, *de rerum diuis.* *P. §. religiosum*, *de rer. diuis.* *apud Iustitia. l. 2. §. sepulcrum*, *& se 79. de relig. & sumtibus fun.* *P. lib. 11. tit. 7. l. 2. C. eod. tit.*

- A* *b* *ca. aurum* 70. 12. 9. 2. *ex diuo Ambrosio* *lib. 2. Officior. c. 28.*  
*c* *ca. ad hæc*, *de religiof. domib. Innoc. ad cap. Abolende. eod. tit.*

## CAPVT II.

*Sepulcrum & sepultura quid.*

**S**epulcrum, † est locus, vbi corpus ossaue defuncti hominis cōdita sunt, ea intentione, vt ibi quasi æterna sede remaneant: nō vtique, si corpus alicubi depositū est, vt alio postea transferretur. *a* Quandoque etiam sepultura accipitur pro officio, quod impenditur sepeliendis corporibus. *b* Item pro ipso loco vel terra, vbi quis sepelitur, seu pro sepulcro. *c* Dicitur & locus communis vel destinatus sepulturis, Græcis *νεκροτάφια*, Cœmeterium, dormitorium, nempe locus quietis ipsius corporis ab actionibus humanis *ἀπο τῆς νεκροτάφια*. *d* dormire facio, vel sopio.

## SCHOLIA.

- a* *L. si quis enim* 40. *de religiof. & sumtibus funer.* *P. l. 3. non perpetua. de Sepulcr. viol.* 47. *Pand. tit. 2.*  
*b* *cap. precipiendum* 13. *quastio. 2. cap. non satis*, *de Simonia*, *vbi & prohibetur venditio sepultura*, *quamuis ex laudabili consuetudine, dari pro ea. possit* *ca. ad Apostolicam*, *de Simonia.*  
*c* *cap. aurum*, 12. *quastio. 2. cap. secundum canonicam* 24. *quastio. 8. ca. de vxore*, 7. *& cap. cum super* 8. *cap. penult. de Sepult.* *l. 3. §. Sepulcri autem appellatione. de Sepulcr. violato. in Pand.*  
*d* *Hæc latius explicauimus*. *lib. 2. Syntagm. iur. ca. 13. Mortui quippe dormire dicuntur, donec in resurrectione generali euigilent suscitati*, *Diui Matthæi, cap. 9. Iob. ca. 7. 11. 14. 21. & alibi sepe in sacra pagina, & in c. aurum*, 12. 9. 7. *c. ante fin.* 13. 9. 2.

## CAPVT III.

- 1 *Distinctio sepultura in prophanam & Ecclesiasticam.*  
2 *In familiarem dictam concessam.*

**S**epultura, † in iure pontificio prophana, & Ecclesiastica inuenitur. Prophana est in loco non consecrato seu non Ecclesiastico: Ecclesiastica, quæ est in loco consecrato seu in Cœmiterio Ecclesiastico. *a* Ecclesiastica ergo de qua nunc agimus fit cum lumine, psalmis & sacris orationibus. *b* Et cum in oblatione fit defuncti commemoratio, *c* isque in loco consecrato, *d* terra operitur, accedente aqua benedicta, & ut plerumque, thurificatione, *B* conuocatione cleri, *e* & populi. Quæ in sepultura alia non Ecclesiastica non interueniunt, in qua simplex fit mortui in terra profana obrutio, in triuio vel biuio, vel alibi, quo solent cadauera animalium abscondi seu infodi ob fœtorem. Vnde & sepultura, canina & asinina *g* dicitur.

**2** Sepultura rursum, † seu sepulcrum Ecclesiasticum quoque, vel familiare seu maiorum, aut electum *h* aut concessum. *C* Maiorum, in quo, qui sunt ex eodem genere, condi possunt: ut maiores, patres & alii conditi sunt. *i* Electum, est quod præter maiorem & parochialem Ecclesiam, alibi eligitur. Ut permittitur adultis etiam in loco minus religioso. *k* Concessum, est illud quod permittitur aduenis, vel aliis non eligentibus. Qui domicilium habent, in parochiali Ecclesia. *l* Si peregrini sunt, in Ecclesia loci seu parochiæ ubi moriuntur, *D* vel in Ecclesia Cathedrali, *m* conduntur.

## S C H O L I A.

*a* De utraq; in can. sacris ex canonibus 12. de sepultur. lib. 3. decret. tit. 28.

*b* ca. qui diuina 28. 13. quæst. 2. Epiphanius lib. 3. hæresi 71. auctor est, Georgium Alexandria episcopum, certo numero lecticas & feretra constituisse, quibus mortuorum corpora efferrentur: inter efferendum lumina & cerei accensi erant, & psalmi dandis modulis lugubribus & luctu permixti canebantur, ut Gregorius Nazianzenus refert in oratione Libitina. Sancti

Basilii, & in oratione infamatrix in Julianum, de funere Constantii. Eusebius in vita Constantini lib. 4. Chrysostom. hom. 4. in cap. 2. ad Hebræos. Et hunc morem etiam fuisse seruatum in Galliis, liquet ex funere Clotildis regina, de quo apud Gregorium Turonensem, lib. 4. Histor. Francica, cap. 1. & ex funere Clodouei, lib. 4. cap. 10. apud eundem. Campanas quoque pulsatas fuisse, ut populus & clerus conuenirent ad funus, docet Beda. libro quarto. capit. 23.

*c* cap. 12. placuit causa. 23. q. 5.

*d* Origenes, lib. 5. contra Celsum, tradit honorabilia debere esse, sepulcra Christianorum, quod humana corpora anime sint domicilia. & lib. 8. contra eundem, anusas aut honorari, sepultura honorifica earum organa commendando. Consentit, Diuus Augustinus, 1. de Ciuitat. Dei, cap. 13. ubi alia plura, & apud Prudentium Hymno de exsequiis mortuorum. Quare iuste prohibitum nunc est, in agris terraque profana, Christianos sepelire, quemadmodum fiebat inter Ethnicos. Idque in Concilio Tiburtino, capit. 17. Caterum non erat permittum, Christianos aliquando in Ecclesia sepelire, propter uenerationem martyrum, ibidem existentium. In nemo, C. de Sacrosan. Ecclesiis. Quod & confirmatum, sed cum restrictione, in Concilio Moguntinensi, cap. 5. 2. excipitur, namque ut possint ibidem sepeliri episcopi, Abbates, aut digni Presbyteri vel presules laici, facit, ca. nullus mortuus, 13. quæst. 2. Scriptum autem, ea de re in Concilio Vasensi, in ca. precipiendum, 5. & prohibendum, 13. quæstio. 1. in hunc modum. Prohibendum est ei: am secundum maiorum instituta, ut in Ecclesia nullatenus sepeliatur, sed in atrio, aut in portica, aut in excelsis Ecclesia. Intra Ecclesias uero, aut prope altare ubi corpus & sanguis Domini conficitur, nullatenus sepeliatur. Quare autem mortui iuxta Ecclesiam sepeliantur dat rationem diuus Augustin. lib. de cura promortuis agenda. c. 18. cuius

## CAPVT IIII.

cuius verba, in cap. non estimemus, 13. A

quæstione 2. Prohibitum, erat & iure ciuili aliquando corpora mortuorum intra ciuitatem condere. Sanctum municipiorum ius pollueretur, l. mortuorum, 2. de Religio. & sumt. fun. C. Julius Paulus, lib. 1. sententia. titul. 2. §. 2. Item in l. 6. de Sepulcro violat. in Codi. Theodo. vide multa ex antiquis ad illam rem collecta, cum exceptionibus apud Franciscum Balenium ad leges 12. tabularum cap. 21. sed sublata B illa prohibitio postea etiam expressa constitutione Nouella Leonis, § 2.

e Cap. 1. §. ceterum, vers. porro, de Priuilegiis in Extraneis, communib.

f Gloss. ad ca. placuit, 12. ad verba, ad sepulturam, 23. quæst. 5.

g Afini sepultura dicitur apud Hieremiam, cap. 22. vers. 19.

h Cap. 1. & §. 3. de Sepult. familiaria Sepulcra dicuntur, quæ quis sibi familiaris que constituit hereditaria: quæ quis sibi heredesque suis constituit, l. 1. §. 1. qui sibi elegerit & tantum, non aliis: vel quod pater iure hereditario acquisiuit, l. familiaria, 5. §. 1. vel quod, 6. de Religio. & sumt. funer. Pan. l. si Sepulcrum, 4. l. ius familiarium, 8. l. in Sepulcri, 13. eod. titul. de Religio. & sumt. funerum. Cod.

i Vi in ca. magneque, §. Ioseph, 3. quæst. 2.

k Idque iure hodie: no c. 3. de Sepultur. in D Sex. cum olim non licent, ca. 3. eod. tit. apud Gregorium. Potest itaque eligere sepulturam, quilibet fidelis, pubes, licet sit in potestate patris, cap. licet, de Sepultur. in Sexto. Excepto Monacho, qui non eligit, nisi extra monasterium moriatur, ca. Religio, eodem tit. in Sexto.

l Quod si in duabus Ecclesiis quis habet domicilium, diuidentur inter eas oblationes: corpus autem, occupanti dabitur, ca. duobus, c. cum quis, de Sepult. in Sexto. E

m Vide Angelum Clauasium in summa: in verbo, Sepultura, numero 9. Hostiensium ad cap. 1. de Sepultur.

1 De iure sepeliendi & funeralium seu mortuorum.

2 Portio canonica sepultura debita Ecclesiis.

3 De debita Prælati.

4 De sepeliendo mortuum non sibi debitum.

5 De interdicta Ecclesia sepultura.

SEPULIRI itaque debent mortui, in ea Ecclesia, vel eius Ecclesiæ cœmeterio, quæ habet ius sepulturæ, ratione certarum personarum. Tale ius generaliter cõpetit parochialibus Ecclesiis, in suos parochianos. a Et aliis quibusdam Ecclesiis, ex iure vel priuilegio, b salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus in mortuum corpora assumuntur. c Quare mortuo parochiano, sine electione sepulturæ, corpus eius pertinet ad Ecclesiam, & in eius cœmeterio sepelitur. d.

Quod si moriturus elegerit alibi, in Ecclesia priuilegiata sepulturam, ibi proculdubio sepeliendus, dummodo soluatur Canonica portio Ecclesiæ parochiali per Ecclesiam electam, de oblationibus lectis, & aliis quæ defunctus constitutus in legitima ætate, pro anima sua in vltima dispositione Ecclesiæ reliquit. e Canonica porro pars quæ debetur Ecclesiæ parochiali, interdum dicitur in iure media pars omnium bonorum, quæ pro salute animæ suæ defunctus reliquerit, f aliquando inuenitur quarta, g interdum tertia, h vel minor; quare in eius definitione & diuisione, erit spectanda & sequenda locorum consuetudo. i Sub hac tamen canonica portione diuidenda, non veniunt relicta aliis Ecclesiis, sine fraude parochiali Ecclesiarum earum, ex quibus nihil debetur parochialibus. k Quemadmodum nec de relictis pauperibus, aut consanguineis, pro remedio animæ, l neq; de armis vel equis relictis militibus sacris Hierosolymitanis, in fauorẽ terræ sanctæ, m nec de eo, quod relinquitur ad fabricam Ecclesiæ egenus

- reparatione, vel pro Ecclesiæ luminari, vel A pro anniuersario, septimo, tricesimo, aut viceffimo die, faciendi, vel personis specialiter Ecclesiasticis sine contemplatione Ecclesiæ. n Arctior tamen definitio inducta monachis ordinis Minorum & Predicatorum, quibus iubetur, quartam parochialibus Ecclesiis soluere, tam de obventionibus quam de funeralibus; de his etiam de quibus Canonica portio ab aliis Ecclesiis exigi non solet, vel non debet de iure; nec non de datis vel qualitercumque donatis in morte seu mortis articulo, vel in donantis vel legantis infirmitate, de qua decesserit. o Et ideo debent portionem curionibus de candelis, etiam quæ ad manus dantur, & de his quæ legantur, pro Missis dicendis. p.
- 3 Inuenitur etiam alia pars Canonica in iure, quæ detrahatur ex his, quæ obueniunt vel legantur Ecclesiis, debita prælatis, quæ aliquando media est, q aliquando tertia, aliquando quarta fuit. r Vel minor, iuxta consuetudinem locorum, s de quibus tamen relictis, non detrahatur portio parochialis Ecclesiæ. t Contra autem hoc ius præscriptio quadragenaria locum habet. v
- 4 Porro qui recipiunt ad sepulturam aliquem in casu non concessio, tenentur ad restitutionem corporis sepulti, si petatur, & eorum omnium, quæ occasione eius acceperint. x.
- 5 Quia vero in polluto Cæmeterio, cuiuscumque sit priuilegii, nemo sepeliri debet, donec fuerit reconciliatum. y Si Ecclesia vel Cæmeterium, in quo quis sepeliri deberet mortuus, alioquin interdicto Ecclesiastico supponatur: tunc, si ibi mortuus habeat sepulcrum maiorum, & si Ecclesia non suæ Parochiæ, debet sepeliri in Parochiali. Quod si Ecclesia illa interdicta sit Parochialis, sepelietur in Cathedrali: & si omnes interdictæ essent, in nulla earum sepeliri potest z, sed in monasterio proximiori. aa.

## SCHOLIA.

a Ca. ubicumq, 6. & c. placuit. 7. §. sed aliud,

13. q. 2. nempe ubi decima soluuntur, c. 1. & c. ex parte, de Sepulturis.
- b Quod priuilegium datum monasteriis conseruatur, in ca. nimis iniqua, de Exceptio. pralator. ca. ut priuilegia, de Priuilegiis. Clement. dudum, de Sepulturis.
- c Ca. certificari, 9. de Sepulturis.
- d Cap. 1. & ca. ex parte, de Sepulturis.
- e Cap. 1. 3. & 4. c. in nostra presentia, 10. de Sepultur.
- f Vide caput secundum de Sepultur.
- g K1, in ca. cum super quodam, 8. de Sepul.
- h Vide inuulm, de Sepulturis, cap. 1.
- i Ca. certificari, eodem titulo, de Sepultur.
- k Vide caput finale, de Testamentis.
- l Ca. ex parte uestra, 31. de Verbor. signifi. Glos. ca. ad verbū, decreueris, de Sepul.
- m Ca. in nostra, 1. de Sepultur.
- n Qua omnia probantur, in ca. ex parte uestra, de Verbor. signifi. & per Glos. in ca. fin. de Testamen. de distinctione uero an detrahatur portio ex legato persona Ecclesiastica relicto, sino; fuit relictum cōtemplatione Ecclesiæ, tractat, c. requisisti, 15. de Testamentis.
- o Clementina dudum, de Sepulturis.
- p Glos. ad dict. Clem. inam dudum, ad uerbum funeralibus. per quam corrigitur, ca. 2. de Priuileg. in Extranao. antib. communib. quod pertinet ad portionem mediam, quam dabant Ecclesiis Parochialibus, & quod pertinet ad candelas, quas sibi Monachi ex integro retinebant.
- q Ca. antiquos, 10. quest. 1. ca. 2. de Sepultur. quibus adde distinctionem, c. requisisti, 15. & ca. officii, de Testamen. adde & declarationem, ca. officii, de Sententia excommuni. & ca. officii, de Peniten. & remiss.
- r Dicto ca. requisisti, & ca. uobis, ca. concessio. ca. Pulterana. 12. questio. 2. ca. conquerente, de offic. ordinar.
- s Ca. certificari, dicto inuulo de Sepultur.
- t lam dicto capite fin. de Testamen.
- v Ca. de quarta, de Præscriptionibus.
- x Ca. fraternitatem, ca. ex parte, in 1. ca. cum liberum, de Sepultur.

y Cap.

7 *Cap. vnic. de Consecra. Eccles. vel alia. in Sexto.*

2 *Ca. vt Privilegia, de privileg. apud Gregorium, c. si Ecclesia, de Privilegiis in Sexto.*

aa *Iohannes Andreas, ad cap. 1. de Privilegiis in Sexto.*

## CAPVT V.

1 *Quadam prohibita in sepulturis, vt quicquam pro iis pacisci.*

2 *Luctus nimius.*

3 *Prandia super sepulturam, & alia: eo uenere sepulturam prohibitum.*

**A**NTE QVAM Cæmeterium consecratur, terra adhuc existente pura, a seu profana, quilibet potest ibi sibi emere terram, in sepulturam, b postquam autem terra fuerit consecrata, religiosa & sacra facta, non potest, licet adhuc nemo ibi sepultus fuerit; neque etiam pro terra ibi sepulturæ causa fodienda, quippiam exigi potest, citra simoniam. Atque improban- tur, si quæ sint consuetudines contrariæ. c Quemadmodum nec propter officium sepulturæ quippiam, sine simonia peti potest a clericis, quibus id ipsum vetitum est. d Non est tamen prohibitum, in remunerationem concessæ sepulturæ, aliquid Ecclesiæ largiri, sine pactione, vel petitione tamen. e Proinde sicut prauæ & auaræ exactiones, in sepulturis prohibentur; sic etiam præcipitur, pias in his consuetudines obseruare, vt laudabiles. f.

2 Prohibentur in mortuorum exsequiis, luctus immodici & fletus, ne desperare videamur de futura Resurrectione: g item vetitum, ne Misæ super monumentis mortuorum celebrentur: neque prandia ad sepulturas deferantur, h ne mortuus in palli altaris sepeliatur, ne exhumatio mortuorum sepultorum passim permittatur, & translatio, nisi cum auctoritate pontificis, & principis. i Nondum tamē corpore perpetuæ sepulturæ tradito, translatio libera erat, kdummodo, ne prætextu impiæ pietatis affectu truculenter excutere-

tur mortuus, quemadmodum aliqui fecerunt, qui membratim, vel in frusta corpus immaniter concidentes, ea immersa aquis, exponebant ignibus concoquenda, & tandem ab ossibus tegumento carnis excusso, eadem deferebant, in aliis partibus tumulanda: quod Bonifacius octauus prohibuit, imposita pœna excommunicationis ipso facto id agentibus. m.

Prohibitum etiam regularibus, & secularibus clericis, ne aliquos ad uouendum, iurandum, seu fide interposita, seu alias promittendum inducant, vt sepulturam apud eorum Ecclesias eligant: vel iam electam ulterius non mutant: idque sub pœna, vt eligentes, quod pertinet ad sepulturam, intestati decedant: & vt allicientes, si eos sepelierint, restituere teneantur corpora, si petantur, & alia, quæ peruenerint ad eos, ratione sepulture intra decem dies, alias illorum & Ecclesiæ & cæmeteria sint interdicta, & incurrunt in excommunicationem, a qua non possint, nisi a summo Pontifice, vel ab alio in mortis tantum articulo, absolui. q.

## SCHOLIA.

a *Purus locus, qui non est sacer, neque Religiosus, & est commercio expositus. l. 2. §. purus, de Religios. & sumti. funer. Pand. l. locum, Cod. eodem titul.*

D b *Ca. aurum, l. 2. causa quest. 2.*

c *Ca. abolende, l. 3. de Sepult. ca. suam nobis, 29. & ca. audiuimus, 41. de Simon. can. quæsta est, & ibi rationes. & ca. præcipiendum, l. 3. quæst. 2. Locus enim sacer vel religiosus, vendi non potest. c. dictum est, l. 1. quæst. 1. l. 2. C. de Religios. sumt. funer. l. sacra loca, de Rerum diuisio. Quia nullius in bonis sunt sacre res aut Religiosæ, l. 1. & l. in tantum, §. sacra res, de Rerum diuis. P. §. vniuersitatis. versi. nullius, eod. titu. apud Iustinia. neq. in cōmercio hominū. l. inter, stipulantē, §. Sacram, de Verbor. obliga. P. Reprehenditur etiam is, qui inuitus pro sepultura, & terra acceperit, pulcris rationibus, in ca. postquam pretio, l. 3. & ca. in Ecclesiastico, l. 3. quæst. 2.*

- d *Ca. non satis*, 8. §. *Sepultura*, & *cap cum in A*  
*Ecclesia corpore* 9. de *Simon*. lib. 5. tit. 3.  
*ca. in Ecclesiastico*, & *ca. quæstæ est*, 13.  
*quæst. 2.*
- e *Ditlo ca. quæstæ est*. & *ca. postquam pretio*  
*victus*, & *ca. in Ecclesiastico*, 13. *quæstio-*  
*ne 2. Genes. ca. 23.*
- f *Cap. ad Apostolicam*, 42. de *Simon*. & *ideo*  
*ut ibidem*, notat *Gloss.* possunt clerici, *ca*  
*quæ laudabili consuetudine præstantur*,  
*pro exsequiis mortuorum*, pro *Sacramen-* B  
*tis*, non quidem per viam petitionis, sed de-  
*nuntiationis postulare*, quæ & per officium  
*iudicis concedenda sunt*, *cap. nonit*, de *Iu-*  
*di*. Notat. & *Gloss.* 1. ad *cap. suam nobis*,  
*de Simo.* quod *Curio seu Presbyter Paro-*  
*chianus*, tenetur gratis exsequias mortuo-  
*rum peragere*, nihilominus quadam licere  
*pro eisdem accipere*, si sumtus ei desint, vel  
*munera oblata*, ut in *cap. iudices*, 1. *quæ-*  
*stione 3.* Neque ideo minus dici eum gra- C  
*tis facere*, exemplo testis, qui recipit sumtus  
*& viaticum*, & nihilominus gratis depo-  
*nere*, vel testimonium ferre dicitur. *can. si*  
*testes*, §. *venturis*, 4. *quæst. 3.* ut & *Episco-*  
*pus*, qui gratis consecrare Ecclesiam debet,  
*non prohibetur procuracionem pro conse-*  
*cracione accipere*. *ca. cum sit Romana*, de  
*Simo*. Neque etiam improbat, clericum  
*locare operas suas*, si non habeat unde vi-  
*uat*, *ca. 1. & 3. 91.* distinct. Et in summa: D  
*in spicienda consuetudo in recipiendis mu-*  
*neribus circa spiritualia*, iuxta *ca. Aga-*  
*thosa*, 63. distinct. *ca. cõquestus*, nona *quæ-*  
*stio. 3.* §. *consuetudinibus*, de *Sanctissi. epi-*  
*sco. in Nouellis Iustiniani.*
- g *Apud D. Cyprianũ sermo. quarto*, de mor-  
*talita. ca. quam praposterum*, *ca. ubicum-*  
*que sepeliantur*, *ca. habet forsitan*, & *ca.*  
*qui diuinam vocationem*, 13. *quæstio. 2.*  
*Atque Di. Iohan. Chrysostomus in episto-* E  
*lam ad Hebraeos. prohibet cũ Diuo Pau-*  
*lo. prima ad Thess. capit. 4.* Ceterum fletus  
*alia ratione quam desperationis resurre-*  
*ctionis*, non est improbat, veluti ob re-  
*cessum boni viri*, ut *Acterum*, capit. 5,

*curauerunt viri timorati sepulturam Di-*  
*ui Stephani*, & fecerunt planctũ magnum  
*super eum*. Et *Origenes testatur super Job.*  
*lib. 3.* Consuetudinem lugendi super mor-  
*tuos*, fuisse septem dierum & totidem no-  
*etium*. Meminit & *D. Cyprianus sermo-*  
*ne de Mortalitate*, de lugubri amictu &  
*luctu*. Sic etiam non prohibetur mortuos  
*lugere absolute*, sed inordinate & impen-  
*denter lugere*; ut docet *D. Chrysost. homi-*  
*lia 61. in 11. caput Iohannis in Exhorta-*  
*tione mortali*, & *sermo. 3. ad Philippenses.*  
*Metaphrastes etiam funera hominum*  
*cum lamentatione facta testatur*. & *Gre-*  
*gorius Turonensis*, lib. 5. *historia. capi. 34.*  
*eadem etiam cum vestibus lugubribus*. Sic  
*apud Grecos ex leg. Solonis*, & postea apud  
*Romanos ex legib. 12. tabularum lamen-*  
*tationes nimia*, & potius simulata quam  
*vera. sublata sunt: ex funeribus*, & *præfica-*  
*aboluta*. Sic cautum: *Mulieres, genas ne*  
*radunto, neve lessum, funeris ergo, ha-*  
*bento*, ut est apud *Ciceronem secundo*,  
*de Legib. & secundo Tuscul. Verum au-*  
*tem luctum non solum non sustulerunt*, sed  
*etiam quibusdam personis necessario im-*  
*perarunt ut mulieribus virum amittenti-*  
*bis unius anni. leg. 1. & 2. Cod. de Ser-*  
*uo. corrup. leg. 4. ad Senatusc. Tertul. Rod-*  
*olimus decem mensium, quibus annum Co-*  
*mulus conclusit. ut Author. Ouid. primo.*  
*Faslor. ubi adiicit:*

Per totidẽ menses a funere coniugis vxor,  
 Sustinet in vidua tristitia signa domo.

*Iunge, leg. Decreto. 15. Ex quib. caus. infam.*  
*irrog. lib. 2. Cod. titu. 12. Imperatur & lu-*  
*ctus parentum filius etiam exhereditis*,  
*& aliis personis*, ut in *leg. fin. leg. genero*,  
*obtanam, leg. parentes, 23. de his qui notan.*  
*infam. lib. tertio, Pandect. titu. 2. In idem-*  
*que Romanorum legibus determinatum*  
*quos lugeri non tenemur, veluti hostes. per-*  
*duellionis damnatos. suspendiosos, qui ma-*  
*nus sibi intulerunt. non tadio vita. sed mala*  
*conscientia. leg. liberorum, 11. §. non solent*  
*autem, de his qui nolunt infam. P. l. mini-*  
*me, 34.*

- me, 34. de Religios. & sumt. fune. Pand. A  
libr. 11. titul. 7. Pœnas etiam statuerunt in  
eos, qui iusta & exsequias defunctis fieri  
impedimento fuerint, ut liquet ex consti-  
tutio. Nouella Iustiniani, 60. ut defuncti  
seu funera eorum non iniurientur a cre-  
dentibus, &c.
- h Can. non oportet, de Consecrati. distinct. 1.  
i Can. nemo, per rigorantiam, 40. de Consecrati. distinct. 2. ubi tamen Glossa notat ad  
verbum, mortuum, illud intelligi de laico. quia inquit, & clerici mortui, bene induuntur vestibus sacris. exstat can. nullus mortuus, 18. 13. quest. 2. qui tamen id non dicit, sed tantum ait, nullum laicum intra Ecclesiam sepeliri debere, nisi sint fideles laici, aut Episcopi, aut Presbyteri. Panormit. tamen quest. 3. sequitur numero septimo, dictam Glossam. & ait, sepeliendos Clericos, cum vestibus propriis ordinis, maxime Episcopos & Presbyteros, quamquam D. C  
Clemens in epistola secunda ad Iacobum fratrem Domini, unde sumtus est canon, absolute de omnibus loquatur. Nemo (inquit) per ignorantiam clericus, palla mortuum credat obuoluendum, aut clericus scapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certe quæ data est in mensa Domini: ut putarem Clementem loqui de pallatantum, & non prohibere, quin aliis vestibus ordinis quis sepeliatur indutus. D  
Hoc probat etiã, in sepultura episcoporum & presbyterorum, quos negat sepeliendos sine vestibus ordinis. Rebuffus in præfatione tractatus de Senten. provisionalibus nu. 43. 49. Quia (inquit) vestes sacerdotales significat eorum virtutes. Mos tamen fuit aliquando gentium sepeliendi cum vestibus & aliis rebus pretiosioribus, unde & prodiit actio Sepulcri violat. in eos qui stolliaissent sepulta cadauera, l. prætor ait, 7. §. aduersus eos, de Sepul. viola. lib. 47. P. tit. 2. Morem hunc reprobauit Vlpia. in l. et si quis impediatur, 14. §. non autem oportet, de Religios. & sumt. funer. lib. 11. titu. 7. non oportet inquit ornamenta cum corpo-  
ribus condi, nec quid aliud huiusmodi, quod homines simpliciores faciat. & Laetant. lib. 2. de Orig. error. c. 4. Unde recte respondisse videtur, Rebuff. non restitui executori testamenti impensas, quas fecit pro emendis vestibus, ut in his mortuus sepeliretur, exceptis Presbyteris & Episcopis: quia ista etiam mandata, ut alia inanes voluntates defunctorum contemni ab heredibus impune possunt, ut in l. fin. de Auo & Arge. lega. lib. 34. ti. 2. Atque ita Marcianus in seruo alieno 13. §. si. ex auctorit. Papiniani, de Lega. 3. statuit ineptas voluntates defunctorum circa sepulturam, veluti vestes & similia supernacua non valere. Id ipsumque sanxisse Lycurgum, refert Alexand. ab Alexan. libr. 3. genia. c. 2. & lib. 6. c. 4. consentit Sacra scriptura secundum Baldum. Vide que diximus lib. 33. Syntag. ca. 23. num. 29. & 30. Hinc tamen nemo existimet vestes lugubres, pauperibus elargitas, in sepulturis prohiberi, quia ista ad elemosinas pauperum pertinent, nec sepeluntur cum mortuo: quamquam quidam ad pompam solum abutantur, sed abusus malorum, bonis institutis non officiant.
- k Glossa, 8. de Relig. & sumt. fun. l. nemo, 14. eod. titu. Cognitio quippe sepulcrorum, ad Pontifices vel principes iure ciuili pertinebat, l. hæreditas 50. de Pet. hæredi. P. lib. 5. tit. 3. l. si. de Mortuo in se. lib. 11. P. ti. 8. Atque ab illis translatio prius postulata impetrari debebat, l. cum in diuersis, 44. §. fin. de Religio. & sumt. fun. P.  
l l. si necdum, 10. de religio. & sumt. funer. C. l. si quis cum, 40. eod. P. presidioque provincia tunc notio est, ne prohibeatur translatio l. ne corpora, 31. eod. titul. P.  
m c. unico, de Sepultur. in Extrauagan. communi.  
n c. 1. de sepultur. in Sex. Clemen. cupientes, 2. §. final. de pœn.

## CAPVT VI.

Vbi quisque sepeliri debeat.

O

**I**AM diximus in superioribus, dum se ob-  
tulit occasio, pauca, quo in loco quis se-  
peliendus esset, verum per anacephaleo-  
sin & ea & alia summarie referam eadem  
de re, vt faciliori methodo percipiantur a  
iuuenibus & tyronibus iuris pontificii.  
Sepeliendus ergo Christianus in loco sa-  
cro quem elegerit, si pubes sit & capax e-  
lectionis: *a* alioquin si non elegerit, aut  
impubes etiam sit, eligit pater pro eo, si  
patrem habeat: *b* vbi nulla electio, in se-  
pulcro sepelietur maiorum. *c* Si non ap-  
paret de sepulcro maiorum, in Ecclesia pa-  
rochiali. *d* Si in duabus Ecclesiis habuit  
domicilium, præuentioni locus erit, *e* sed  
obuentiones quartæ diuidentur. *f* Si non  
est præuentio, sed concursus & contentio,  
episcopi diœcesani erit, litigantes vel con-  
tendentes ad pacem & concordiam redu-  
cere, qui iurisdictionem habet. *g* Si aga-  
tur de vxore, si non elegerit sepulturam,  
erit in sepulcro mariti sepelienda. *h* Fratres  
porro & sorores, in eodem sepulcro po-  
nuntur, & parentes item & liberi, simul. *k*  
Debent autem sepeliri prælati & benefi-  
ciarii in Ecclesia beneficii, quod si plura  
beneficia habent, locus erit præuentioni.  
*l* Monachi & moniales in suis monasteriis,  
nisi tam longe moriantur extra illa, vt eo  
deferri commode nequeant, quo casu tan-  
tum possunt eligere sepulturam. *m*.

## S C H O L I A.

*a* c. 1. §. 1. & c. cum liberum, de sepultur. cap.  
3. eo. tit. in Sex. Electio enim libera relin-  
quitur, in qua & variare quis potest vs-  
que ad vltimum vite spiritum, etiam si  
ante quis promiserit, se inhumandum ali-  
bi, vel aliam Ecclesiam non se electurum,  
cap. 1. de Pact. in Sex. c. 1. de sepult. in Sex.  
Clem. fin. §. si. de pœnit. Habet enim hac e-  
lectio speciem vltima voluntatis, qua mu-  
tabilis est, vsque ad vltimum vite spiri-  
tum, non obstante promissione, de non mu-  
tando. l. si quis in principio. de lega. 3. l. 4. de  
adimen. leg. 4. P. Cauendum tamen voluit  
lex civilis, ne in monasteriis mulierum in-

**A** tra claustra sepeliatur vir, vel intra clau-  
stra monasterii virorum, seu monacho-  
rum, ad quod mulieribus denegatur adi-  
us, sepeliatur mulier, iuxta c. 3. §. non in-  
gredientur, Nouella 133. quomodo oportet  
monachos viuere. vberatio.

**b** c. in nostra, §. fin. de Sepultur. nisi sit reli-  
giosus, cap. religiosi §. 1. de Sepult. in Sex.

**c** c. licet pater 4. de Sepult. in Sex. nisi repu-  
gnet consuetudo capit. de vxore 7. §. primo  
eodem titul. apud Gregor.

**d** c. is qui, de Sepultur. in Sext. & ibi Archi-  
diaco. & Iohannes Andreas. Maiores di-  
cuntur pater, auus, ca. Ebron. 13. q. 2. Sed  
si pater esset sepultus in vno loco, & alii  
maiores, vt auus & alii superiores in alio,  
sepelietur cum maioribus, non cum patre,  
Iohannes Andreas per c. 2. & c. fraternita-  
tem, de Sepultur. & cap. cum quis, eo. titul.  
in Sex.

**e** cap. 1. de Sepultur. dicto. cap. 1. §. qui, cum  
similib.

**f** cap. duobus eod. tit. de Sepultur. in Sex.

**g** c. cum quis, de Sepultur. in Sex.

**h** ca. conquere, de offic. ordina. cum simul  
argu. l. æquissimum, de vsufruct. P.

**i** ca. 1. & 2. & ca. vnaquaq, 13. q. 2. c. de v-  
xore, 7. de Sepult. Si tamen vxor habuerit  
alios maritos, si non elegerit, est cum postre-  
mo sepelienda, c. 3. §. fin. de Sepult. in Sex.  
glossa ad can. vnaquaq, ad verba, in mor-  
te. 13. q. 2. Alexan. ab Imola. ad l. cū qui-  
dam col. 3. de Iurisdiclio. omn. iudi. P.  
quemadmodum mulier sequitur virum  
vltimum in honore & domicilio l. filii, §.  
1. ad municipal. in P.

**k** can. vnaquaq, §. 13. quæst. 2.

**l** dicto canon. vnaquaq, §. Ioseph, §. de non-  
nullis, 13. quæst. 2.

**m** quia beneficiarii censentur habere domi-  
cilium in loco beneficii, cap. 3. de Tempo-  
rib. ordinatio. in Sex. & id maxime ve-  
rum in prælatiis, qui habentur pro viris &  
coniugibus Ecclesiarum. In can. sicut vir.  
7. q. 1. cap. 2. & 3. de Translatio. episco.

**n** c. si religiosi, de Sepultur. in Sex.

CAP.

## CAPVT VII.

1 Quibus denegetur Sepultura Ecclesiastica.

2 Tempore interdicti in loco qui sepeliri possint.

3 Num supplicio affecti sepeliendi.

4 Sepelientes prohibitos sepeliri, puniuntur, reconciliatur cœmeterium.

N Vlli Christiano generaliter sepultura deneganda est, nisi speciali iuris constitutione ab ea submoueat: *a* vel quia iam sepulcrum alterius sepulturæ concessum est. *b* Prohibetur, ne sepeliantur, qui sibi mortem ex proposito & sponte inferunt, *c* non si casu: *d* excommunicati, *e* nisi absoluti fuerint: *f* suspensi ab ingressu Ecclesiæ: *g* manifesti vsurarii: *h* Monachi, inuenti in morte proprietarii: *i* exenterati, seu quorum ossa separata sunt a carne elixatione alio transferenda: *k* interdicti, *l* pagani: *m* qui reliquerunt contra prohibitionem Ecclesiæ tutorem presbyterum. *n* raptores, nolentes satisfacere: *o* in sceleribus suis mortui. *p* Non communicantes, salte n semel in anno, nec confitentes, si nõ ostenderit sub mortem signa contritionis: *q* Blasphemi in Deum & sanctos, qui pœnitentiam sibi impositam noluerint implere: *r* Hæretici. *s*.

2 Si etiam in aliquo loco generale sit interdictum, in eodem omnibus denegatur sepultura, exceptis clericis, qui seruaentur interdictum: qui possunt in cœmeterio Ecclesiæ sine campanarum tamen pulsatione, & sine solemnitatibus cum silentio tumulari. *t*.

3 Vltimo etiam supplicio affectus, pro suis sceleribus, si vero de peccatis confessi & contriti fuerint, non denegatur sepultura sacra, & communicatio secundum canones, & quamquam iure in grauioribus criminibus in exemplari pœna, inhibeatur. *x*

4 Quod si accidat aliquando, de facto sepeliri, qui prohibentur, exhumanda & effodienda sunt eorum corpora, si discerni possunt, *y* & cœmeterium ita pollutum, priusquam alii Christiani ibi condantur,

A reconciliandum est. *z* Atque qui contemptis Ecclesiæ clauibus, aut interdicti tempore, in Ecclesiis aut cœmeterio ausus fuerit sepelire, ipso facto, in excommunicationis sententiam incurrit: a quo non potest absolui, nisi prius ad arbitrium episcopi Diœcesani, his, qui inde læsi sint, satisfecerit: *aa* verumtamen si excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectio in personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum violatione vel incestu, fuit, dum ageret in extremis, per presbyterum suum iuxta formam Ecclesiæ absolutus, non debet cœmeterium & alia Ecclesiæ suffragia denegari. Sed eius hæredes, & propinqui ad quos bona peruenerunt ipsius, vt pro eodem satisfaciant, censura Ecclesiastica sunt compellendi. *bb*.

## SCHOLIA.

*a* Pœna species est, sepultura priuari, vt addidit Vespasianus Imperator, pœna quondam coniuratorum vt insepulti proicerentur, teste Suetonio in Vespasia. c. 2. ita & corpora eorum etiam qui capite damnantur, proximis neganda non sunt, l. 1. & final. de cadauer. punitor lib. 48. P. tit. 24. Et exemplum apud D. Ioannem, capit. 19. Vers. 30. l. obnoxios 11. de Religio. & sumti. funer. libro tertio, C. tit. 34. Imo neque voluntas implenda eius, qui mandaret reliquias suas post mortem in mare abiici, & noluit sepeliri, laudandusque heres, qui humana conditionis memor, etiam contra voluntatem testatoris post mortem curauit sepeliri. l. quidam in suo, 17. de Conditio. institutio. P. neq. auditur intercessio seu appellatio prohibentis pretextu debiti, debitoris corpus condi sepultura, l. fin. & authen. ita demum, de sepulc. violato, lib. 9. C. tit. 19. videnda Nouella 60. & 115. cap. 2. l. 2. de in ius voca. in P. l. 38. de Relig. & sumti. fun. P. quâuis appellatio pro iure sepeliendi conseruando,

- recipiat, c. ex parte. si de sepult. Fuerunt A t cap. quod in te, de poeniten. & remissio. libro aliquando Christianis ad emta cœmeteria, sub imperatoribus primis, quæ illis Galienus pacem concedens permisit recipere, ut scribit Eusebius libro septimo capit. 13.
- b vide Angelum Clauasium, in Summa, in verbo sepulturam, numero 41.
- c can. placuit, 33. quest. 5. hinc fit, quod in torneamentis, vel duello decedentes, aliquando prohibiti fuerint a sepultura. capit. 1. & 2. de Tornea. lib. 5. tit. 15. quamuis rursum fuerint torneamenta restituta per c. vnic. de torneamentis in Extrauaganti. Ioan. 22. vide ca. quicumque 23. quest. 8. de mortuis in bello, in ludo, in rixa.
- d cap. experte, 11. de Sepultur.
- e c. sacris, 12. de sepul. c. ad hac 5. de privileg. Clem. 1. de Sepultur.
- f c. fin. de sepultur. cap. in literis, de Raptor.
- g c. is cui, 20. §. talis quoque, de sentent. excommun. in Sex.
- h c. quia in omnibus, de vsur. in Sex. cap. 2. eod. tit. in Sex. Clem. vni. de Sepultur.
- i c. monachi, 2. §. qui vero. cap. super quodam. 4. cap. cum ad monasteriũ, 6. §. quod si proprietatis, de Statu monachor.
- k c. 1. de sepul. in Extrauag. communib.
- l c. in nostra presentia, de Sepultur. Clem. 1. eo. tit. cap. cum & plantare 3. §. quod si tēplariis, de privileg. nisi clerici sint qui mortui fuerint. In quibus adhuc est distinctio seruanda & modus cap. quod in te, 11. §. 1. de poeniten.
- m ca. Ecclesiam de consecratio. dist. 1. Proinde partus mortui seu abortus non sunt sepeliedi in cœmeterio. quia pro paganis habentur, nondum baptizati, vide Angelum Clauasium, in Summa in verbo sepultura, num. 31.
- n can. neg. apud, 88. dist. ex Dino Cypriano.
- o Vide caput 2. de raptorib.
- p ca. placuit. 33. quest. 5. cap. 2. de Furtis.
- q c. omnis utriusq. sexus, de Poenit. & remiss.
- r cap. 2. de maledic. lib. 5. tit. 26.
- s c. excommunicamus, 13. §. credentes, de heretic. cap. quicumque. eo. tit. in Sex.
- v ca. questum, 13. quest. 2. l. 1. & fin. de cadauer. punit. P. Accedere debet tamē principis vel iudicis auctoritas, qui interdum iubent ad diuturnum exemplum, cadauera punitorum in loco supplicii remanere l. 2. de cadauerib. punitor. P.
- x ut proxime dixi.
- y capite laicus dicto titulo, de sepultur.
- z c. consulisti, de consecrat. Eccles. vel altar.
- aa Clem. 1. de sepultur.
- bb hac verba sunt cap. si. de sepultur. Forma absolutionis, cuius meminit, exstat in c. ex tenore. c. cum desideres, de Senten. excom. Ratio decisionis, quia ante mortem per absolutionem, restitutus est absolutus communioni, ideo communicari poterat viuo, & proinde non est neganda communicio sepultura mortuo c. ex parte, de sepultur. ca. sane. 24. quest. 2. Aliquando tamen & reconciliatio viuenti ad terrorem aliorum denegatur sepultura. ut in c. 1. de Torneamentis. c. super eo de raptorib. Quomodo etiã cōpellantur heredes satisfacere pro damno delinquentis absolui, vide casus similes, in c. tuanos, de Vsur. c. in literis de Raptorib.

## CAPVT VIII.

(Causa aliqua sepulture Ecclesiastica.

L OCA sacra & religiosa, plures ob causas deputata sunt sepulture. Primum ne corpora mortuorum a spiritibus malignis seu a dæmonibus vexentur, qui sacris thurificationibus & orationibus repelluntur. a Deinde, quod ibi sepulti, sanctorum commendantur suffragiis, quorum nomine Ecclesiæ, & cœmeteria, Deo consecrantur. b Et postremo, ut proximi defunctorum, eorum memoriam certam habeant, dum ad tumulos & Ecclesiam veniunt, c frequentiusque preces apud Deum pro illis effundant, vel ab aliis fieri curent, quibus maxime iuuantur, ut soluantur per Deum a peccatorum nexibus, d si modo mortui non fuerint in peccato mortali.

SCHO-

SCHOLIA.

- a vide quare demones cadauera frequentent apud D. Chrysostomum, homilia in Mattheum, Tomo 2. & Franciscum Venetum, Tomo 2. problematum sacra scriptura, sect. 2. problem. 79. & 80. D. Matthei. c. 8.
- b ca. non astimemus. caus. 13. q. 2.
- c ca. cum graui peccata. 13. q. 2.
- d Sic quatuor modis anima defunctorum iuuantur, ante diem Iudicii: oblationibus sacerdotum, precibus sanctorum, charorum eleemosynis, ieiunio cognatorum. August. lib. de cura pro mortuis habenda. capit. 2. can. anima defunctorum, can. pro obuentibus. can. tempus. 13. q. 2. Ponitur autem ratio commemorationis mortuorum, tertii, quadragesimi, trigesimi & aliorum in canon. quia alii tertium 13. q. 2.
- e quia mortuis in peccatis mortalibus, non prosunt orationes, in ea, in presenti seculo, 13. q. 2.

A curantur: aliaque pia loca eiusmodi, quae a fidelibus Christianis caritatis gratia & pietatis, aedificata & dotata fuerunt. c

SCHOLIA.

- a Multis modis commendatur hospitalitas, ut Deo grata, & ab eodem etiam commendata: Et probatur in principio 42. distin. ubi clericum ordinandum ex sacra pagina, hospitalem esse debere probatur. Iustin. in l. sancimus res ad venerabiles Ecclesias 22. & l. ut inter 23. de sacrosanct. Eccles. hospitalia inter res diuinas connumerat.
- b nulla inquisitione facta personarum, ut meritum habeamus in recipiendis peregrinis, ob Deum, cano. quiescamus, 42. distinctione.
- c de omnibus his generibus hospitalium, sit mentio in dist. 11. sancimus res 22. & seq. 23. de sacrosanct. Eccles. ca. in qualibet, & seq. sancimus 23. quest. 8. vide quae diximus de hospitalibus. lib. 15. Syntagm. cap. 28. & multa quae tractat Lapsus de Castellione. lib. de hospitalitate & hospitalibus.

CAPUT II.

- 1 Distinctio in religiosa & non.
- 2 Cura eorum cuius.

Horum hospitalium, † quaedam religiosa dicuntur, quaedam non religiosa. Religiosa sunt, quae Episcopi auctoritate, ad usum hospitalitatis, & pauperum provisionem, deputata sunt. a Non religiosa, quae sine episcopi auctoritate constructa, & pauperibus destinata fuerunt.

Religiosa ad sollicitudinem † pertinent episcopi, ut relicta, secundum praescriptum usum, expendantur: b Alia ad patronorum curam pertinent, c non ad episcopum: quemadmodum neque exempta, praeterquam in negligentiam rectorum seu praepositorum. Quo casu iura & bona ipsorum, episcopus potest reuocare ab illicitis detentionibus, & iubere collabentia reparari, auctoritate apostolica, iure sibi concessa, d & eadem potest reformare, &

DE HOSPITALIBVS & Eleemosynis.

TITVL. XVI.

a Nos tractamus de his. lib. 15. Syntagm. capit. 28.

CAP. I.

1 Continuatio, & quid hospitale, & eius species

Inter res, quae ad causam religionis pertinent, & ad pietatem, sunt hospitalia, in quibus opera misericordiae exercetur. a Hospitalis nomen generale est, pertinens ad omnem, cuiuscunque generis sit, hospitalis receptionem. b Continentur itaque eo Xenodochia, in quibus pauperes peregrini recipiuntur: Orphanotrophia, ubi pauperes orphani aluntur: Gerontocomia, in quibus senes pauperes nutriuntur: Nosocomia, ubi pauperes morboosi sunt: Brephotrophia, ubi expositi infantes inuenti